



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurrentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst 4. Addtio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

secundæ compulsoriz, Summ. Episcopi numer. 11. § 2. seqq. Hisque concurrentibus, nec non tortestibus, & processu originali supra memorato, aliisque ponderatis in decisione 578. Baratt. utique probant etiam scripturæ nulliter compulsatæ. Captaq. decis. 234. numer. 2. par. 1. Rota decis. 198. numer. 2. part. 1. decis. 478. numer. 5. part. 2. decis. 723. numer. 7. § 8. par. 4. tom. 3. recent. Præsertim cum scripturæ sint quamplurimæ, & in sui facie appareant antiquæ, & originales, Rota decis. 470. numer. 5. part. 4. dec. 341. numer. 4. part. 5. recent.

Cum igitur non constet de nullitate, vel injustitia sententiæ Rotalis, sequitur, quod illa ob non interpositam appellationem transferit in judicatum. Cap. Romana §. si verò de appellat. in 6. cap. quo ad consultationem de sent. & de re ind. Auth. hodie C. de appellat. Neque constat de causis restitutionis in integrum adversus illum petitæ. Moedan. decis. 2. de appellat. Rota decis. 1. de restit. in integ. in nov. decis. 590. numer. 1. part. 5. recent. decis. 94. numer. 2. coram Reverendissimo Orzell.

Prout Domini censuerunt utraque parte informante.

Ad Quæst. 4. Additio.

Us exemptionum est odiosum. Ita regula exemplificatur in eo, quod exemptio personalis non trahitur ad realem. C. per exemptionem §. verum de privileg. in 6. §. ibi Gemintan. & Franc. Rota decis. 156. numer. 6. par. 1. recent. Nec e contra rea is ad personalem, quatenus videlicet personalis est latior reali, cum enim nulli loco alligata sit, & exempti simpliciter quoad personas, nullum habeant locum exemptum, respectu cujus utantur privilegio suo, inde fit, ut exemptio purè personalis suffragetur etiam quoad tres casus delicti, contractus, & reistitæ, in quibus tamen casibus realis exemptio quantumcunque lata & universalibus verbis concepta, numquam prodest. C. volentes de privileg. in 6. nisi specificè horum trium casuum mentio fiat. Fagnan in cap. ex parte num. 45. §. n. 49. de privileg. Rota decis. 164. numer. 1. §. seq. par. 7. recent.

Extenditur, quia exemptio à jurisdictione non completitur exemptionem à decimis, nisi sit talis, quæ territorium separatim tribuat, nam decimæ sunt speciali nota dignæ, ut inquit Tamburin. de jure Abbas. tom. 1. disput. 15. quæst. 18. numer. 34. Rota



*Rota dec. 97. num. 9. & 10. par. 13. & dec. 289. num. 2. par. 16. imò ipsa exemptio à decimis expressè concessa in dubio intelligi debet de extraordinariis & temporalibus non autem de ordinariis & spiritualibus. Rot. d. decis. 97. num. 10. par. 13. & dec. 100. num. 22. par. 11. & quod plus est, nec privilegia communicativa exemptionum, etiam si sint generalia, comprehendunt ea, quæ sunt speciali nota digna. d. Dec. 100. num. 14. par. 11. & dec. 24. num. 3. & 4. par. 13. dec. 214. num. 5. par. 2. dec. 48. num. 11. par. 1. recent. Fagnan. in cap. Nuper. num. 33. de decimis.*

Extenditur iterum regula supraposita, nam sub concessione generalis exemptionis non comprehenditur exemptio à visitatione. *Rot. decis. 2. de cons. in antea. neque exemptio quoad curam animarum, quæ semper intelligitur ordinario referenda per text. in c. per exemptionem de privil. in 6. Rot. dec. 600. num. 10. par. 4. tom. 3. & dec. 301. num. 9. par. 11. recent.*

Limita 1. ut privilegium exemptionis sit extendendum, si alioquin sine extensione foret inutile. *Cap. Abbate de verb. signif. l. quoties ff. de reb. dub. Biv. conf. 59. num. 3. ideoque quamvis exemptio à jurisdictione ordinaria non liberet à jurisdictione Apostolica delegata, nihilominus, si quando aliquis esset exemptus ab ordinario eidemque adhuc subiectus tanquam delegato Apostolico, deinde etiam tribuatur novum exemptionis privilegium, hoc posterius ita erit intelligendum, ut liberet non solum ab ordinaria, sed etiam à quacunque delegata jurisdictione. Fagnan. in c. ex parte num. 25. de privileg. & idem est, si in aliquo casu ex restrictione privilegii sequeretur absurditas, ut in casu cap. per exemptionem de privil. in 6. ubi exemptis Clericis alicujus Ecclesie, etiam Canonici censentur exempti, quia absurdum foret, ut Clerici majori privilegio gauderent, quam Canonici, ut notat idem Fagnan. in cap. bona memoria il. 1. num. 7. in fine de postul. Pralat.*

Limita 2. in privilegiis exemptionum concessis ex causa & titulo oneroso, hæc enim non sunt restringenda, sed largè interpretanda, ne plus dispendii quam utilitatis privilegiatus consequatur. *Per text. in cap. consultationi 33. in fine de privileg. laic. Rota decis. 299. num. 13. & per tot. par. 12. recent.*

\*\*\*\*  
\*\*\*